Reynardus de S. Iusto obiit, qui auxit fratribus VIII den. de terra sua. Bunisinus calcifex obiit, qui dedit fratribus VIII den. pro quadam statione ^v. Dom. Cruna ablutrix et reparatrix panorum camere Aquil. obiit, que dedit fratribus XL den. et XIII den. reddituum singulis annis, ad hoc ut in anniversario suo omni anno ematur una quartaria boni vini et propinetur in capitulo dominis et clericis et in mane in missa offerantur III den., quod quidem capitulum acceptavit iuxta dom. Palmam de Sollario ^z.

[21] IX. D. XI KAL. ALBANI MART. ^a

Commemoratio Ite filie ^{***}, pro qua fratres habent VI denarios. Marcellus can. ³² obiit, qui dedit fratribus prebendam suam ad emendum allodium et II ciffos argenteos ad bibendum fratribus in capitulum ^b.

[22] E. X KAL. ACACII ET SOCIORUM EIUS ET X MILIUM MILITUM MART. PASSIO. ^c PAULINI EP. ^d

Grerima obiit, pro quo fratres habent IIII den. de domo Martini Sclanz. Pichintara obiit ^e.

^t Gervasii... passio AB ^u Albini conf. AB ^v Reynardus... statione A om. B ^z Dom. Cruna... Sollario AB ^a Albani mart. AB ^b Commemoratio... capitulum A om. B ^c Acacii... passio AB ^d Paulini ep. A om. B ^e Grerima... obiit A om. B.

³² Marcello, can. di Aquileia. Aquileia, (can. Aquil.) » (ACU, sez. IV, busta 3).
12 giugno 1228: « Marcellus subdiaconus,

[23] XVII. F. VIII KAL. VIGILIA S. IOHANNIS BAPTISTE. ^f

Petrus artifex obiit, qui dimisit capitulo unam marcham pro emendo allodio ^g.

[24] VI. G. VIII KAL. NATIVITAS S. IOHANNIS BAPTISTE. SERMO. ^h

[25] A. VII KAL. PROSPERI CONF. ⁱ

MCCCL, XXIII Iunii, mag. Simon cerdo qui fuit de Craulio civis Aquil. dedit capitulo Aquil. marchas V den. pro redditibus emendis et dividendis inter personaliter residentes officio in die anniversarii sui, ita quod quousque vixerit dicatur oratio pro salute vivorum et post mortem oratio pro defuncto: pro quibus empti sunt in S. Maria Longa super mansos emptos a Ducio olim Martinizi de Castello annuatim redditus: staria II frumenti et congium unum vini ^l.

[26] XIII. B. VI KAL. IOHANNIS ET PAULI MART. PASSIO. ^m

MCCCXVI, mag. Gualterus can. Aquil. ³³ obiit, qui dimisit capitulo unam marcham den. in redditibus super domibus suis

^f Vigilia... Baptiste A om. B ^g Petrus... allodio A om. B ^h Nativitas... sermo AB ⁱ Prosperi conf. AB ^l MCCCL... vini A ² B ^m Iohannis... passio AB.

³³ Gualtero da Cividale, mag., can. di Aquileia e scolastico di Cividale. A. 1274: «mag. Walterus», notaio e canonico di Cividale, rinuncia a dieci servi di masnada (BIANCHI, TEA, n° 447; BATTISTELLA, *Servitù di masnada*, 98; PASCHINI, *Raimondo della Torre*, 22-23); Cividale, 14 agosto 1274: «Walterus Civitatis, apostolica et imperiali auctoritate not.» (ACU, *Fondo Bini*, Doc. Hist., V, n° 88; cfr. pure

n° 104); Aquileia, 4 maggio 1283: «ego Walterus apostolica et imperiali auctoritate not.» (ACU, *Pergamene*, II, n° 30); 22 gennaio 1286: «mag. Walterus», scolastico di Cividale, procuratore del patriarca nella questione con Venezia (PASCHINI, *Raimondo della Torre*, 77); Cividale, 22 agosto 1297: «mag. Walterus de Civitate, can. Aquil.» (ACU, *Fondo Bini*, Varia Doc. Antiqua, I, 2. p. 111); 29 agosto

ante S. Andream³⁴ et II mansos in Carisaco, de quibus unus reddit I starium frumenti, II congios vini, II staria annone, I starium millei; alter vero mansus reddit VIII libras den. et II capones, ad hoc ut in suo anniversario propinetur dominis in capitulo quartaria boni vini, III den. offerantur in conventuali missa; residui vero inter dominos ut est moris dividanturⁿ.

[27] III. C. V KAL. SIMPHOROSE CUM SEPTEM FILIIS MART. °

Lazara neptis Marie de Zadriss³⁵ obiit, que unum agrum fratribus dedit. Michael de Thopoglano obiit, qui fratribus VIII den. dedit super quodam macello^p.

[28] D. IIII KAL. LEONIS PAPE. ° VIGILIA. °

Daniel Curvattus obiit, qui dimisit capitulo redditus XVI den. super domibus suis sittis in contrata maioris ecclesie³⁶, ad hoc ut in suo anniversario propinetur una quartaria boni vini in capitulo et in crastinum in missa conventuali III den. offerantur^s.

[29] XI. E. III KAL. NATIVITAS APOSTOLORUM PETRI ET PAULI. PASSIO. °

ⁿ MCCCXVI... dividantur A¹ B ° Simphorose... mart. AB ° La-
zara... macello A om. B ° Leonis pape AB ° Vigilia A om. B
^s Daniel... offerantur AB ° Nativitas... passio AB.

1310: maestro Gualtero da Cividale lascia al capitolo un reddito annuo di una marca sui suoi fondi di Fiumicello (VALE, *Capitolo*, 128); Aquileia, 10 aprile 1317: prebenda vacante per la sua morte (ACU, *Fondo Bini*, Varia patr. Aquil., I, f. 207r). In Cividale, cod. C, f. 18v: «mag. Walterus scolasticus Civitatensis (obiit)

MCCCXVI » (28 giugno). Su di lui cfr. LEIGHT, *Università*, 5; Id., *Scuole superiori*, 9; FATTORELLO, *Coltura*, 114; BIASUTTI, *Cancellieri*, 37.

³⁴ VALE, *Topografia*, 7.

³⁵ VALE, *Topografia*, 17.

³⁶ VALE, *Topografia*, 21.

[30] F. II KAL. MEMORIA S. PAULI AP.^u

MCCCLXXXVI, dom. Saphandina obiit, que legavit capitulo, pro suo anniversario fiendo ut moris est, super omnibus bonis suis frixachenses XL tali conditione, quod si heredes sui darent dicto capitulo marchas II cum dimidia essent absoluti a dictis frixachensibus XL^v. Nota quod testamentum istius fuit scriptum in Utino^z. MCCCLXXXVI, providus et discretus vir Benvenutus quondam Simonis de Flagonia³⁷ obiit, qui legavit capitulo medietatem bonorum suorum, de quibus habita sunt bona infrascripta, videlicet in Tercio mansum unum qui regitur per Andream Borgognon et solvit frumenti staria III, millei staria III,urgi staria III, vini congios IIII; item in Aquilegia. Statuit capitulum pro dicto anniversario fiendo distribui inter presentes marcham dimidiam frixachensium cum oblatione ut moris est^a.

^u Memoria s. Pauli ap. AB ^v MCCCLXXXVI... frixachensibus XL
A⁴B ^z Nota... Utino A⁴om. B ^a MCCCLXXXVI... moris est A⁴B.

³⁷ Benvenuto da Flagogna. Aquileia, 18 novembre 1371: il patriarca Marquardo dà l'investitura feudale di un mulino ai

fratelli Nicolò e Benvenuto di Simone da Flagogna (BIANCHI, *TEA*, n° 1271).

IULIUS HABET DIES XXXI, LUNA XXX.

[1] XIX. G. KAL. IULII. OCTAVA S. IOHANNIS BAPTISTE. ^a

Everardus parvus obiit pro quo fratres habent IIII den. de terra Tomasine; item auxit IIII den. de censu Marignane ^{b 1}.

MCCCXVI, Petrus dictus Testa mans. Aquil. ² obiit, qui dimisit capitulo prebendam suam interiorem et exteriorem que vendita fuit pro XII marchis et dimidia, de quibus emptus est dimidius mansus in Ronchetis qui reddit IIII staria frumenti, unum starium fabarum, II staria annone, II staria millei, IIII congios vini, VIII den., II gallinas cum ovis, ut eius anniversarium fiat cum vino et oblatione et cetera sicut moris est ^c.

MCCCLXXXIII, obiit providus vir Floriavant quondam Cecchi de Clugia civis et habitator Aquilegie, pro quo Bonus-homo civis Aquil. eius barbanus promisit et stetit dare capitulo Aquil. de bonis ipsius marchas V frixachensium ad hoc ut emanatur redditus, ut in perpetuum fiat eius anniversarium ut moris est: dedit et consignavit in manibus capituli Aquil. et positi fuerunt in capsula capituli ^d.

[2] VIII. A. VI NON. PROCESSI ET MARTINIANI MART. PASSIO. ^e

MCCCCXX, die ultima Iunii, obiit in Christo vir ven. dom.

^a Octava... Baptiste AB

^b Everardus... Marignane A om. B

^c MCCCXVI... moris est A ¹ B

om. B ^e Processi... passio AB.

^d MCCCLXXXIII... capituli A ⁴

¹ VALE, *Topografia*, 28.

² Pietro Testa, mans. di Aquileia. Aquileia, 16 novembre 1304: « Petrus dictus

Testa, mans. Aquil. » (ACU, *Pergamene*, II, n° 51; ACU, *Fondo Bini*, *Varia Patr. Aquil. in particulari*, I, f. 155r).

Obicinus de Londiano Navariensis diocesis, can. Aquil.^{2 bis}, qui hodierno die conductus et sepultus est apud aliam ecclesiam Aquil., qui dom. Obicinus legavit in suo testamento capitulo Aquil., pro suo anniversario singulis annis fiendo ut moris est, capita bovinum magna et parva decem et novem extimata ducatos quinquaginta auri; pro quibus ducatis L. statuit capitulum predictum in perpetuum dividi de bonis ipsius capituli marchas duas cum dimidia den. inter presentes anniversario ipsius domini Obicini cum oblatione consueta in missa et cetera.

Si pluit in festo Processi et Martiniani, per quadraginta dies continuare solet^f.

- [3] B. V. NON. TRANSLATIO S. THOME AP. HELYODORI EP. ET CONF. VITA.^g

MCCCXLVIII, Iohanninus Guasconus qui fuit de Pavia, civis Aquil.³, obiit et legavit capitulo Aquil. annuatim in redditibus super omnibus bonis suis frixachenses XL, ut fiat annuatim eius anniversarium ut moris est. Testamentum scriptum manu Francisci Saraceni⁴ notarii, civis Aquilegensis^h.

- [4] XVI. C. IIII NON. WODOLRICI EP. ET CONF. VITA. TRANSLATIO S. MARTINI EP.ⁱ

Iohannes Wacagna mans. Aquil. ecclesie obiit, qui auxit fratribus IIII den. super domum que olim fuit Wathmari⁵ camerarii canonicorum^l.

^f MCCCCXX... solet A⁴ om. B ^g Translatio... vita AB ^h MCCCXLVIII... civis Aquil. A² B ⁱ Wodolrici... Martini ep. AB ^l Iohannes... canonicorum A om. B.

^{2 bis} Obicino da Castel Landrone ottenuto dal patriarca l'ufficio di canipario il 7 agosto 1397 (PASCHINI, *Aquileia*, 83).

³ Giovanni Guascone da Pavia, cittadino di Aquileia. Udine, 10 dicembre 1330: « Iohannes Guassonus (sic) de Aquilegia »,

rappresenta il comune di Aquileia al parlamento della Patria (BIANCHI, *Documenti*, n° 649; LEICHT, *Parlamento*, 99, n° C).

⁴ Francesco di Saraceno, notaio: Necrologio, 3 giugno.

⁵ Vatmaro, can. e tesoriere di Aquileia.

MCCCXXXVI, Paganinus filius quondam dom. Meynardi Cyriol olim civis Aquil. obiit, qui dimisit capitulo in redditibus annuatim XL frixachenses super omnibus bonis suis, ut eius fiat anniversarium singulis annis ut moris est, ita tamen si emerent alio dictos redditus vel darent fideicommissarii duas marchas et mediam novorum, quod dicta sua bona sint a dicto censu liberata ^m.

MCCCLXXXIIII, Cristophorus frater presb. Francisci de Carate mans. Aquil. obiit, pro quo dictus presb. Franciscus obligavit se daturum dicto capitulo pro allodio emendo, quocienscumque dictum capitulum reperiret territorium ad emendum pro anniversario dicti fratris sui fiendo ut moris est, marchas V semel tantum et promisit idem Franciscus bona fide procurare emere territorium pro dicto anniversario ⁿ. Dividuntur den. XL ^o.

[5] V. D. III NON. DOMICII MART. ^p

Bonetta uxor Iohannis Strambi obiit, que dedit fratribus X den. pro emendo allodio. Hermenardus presb. ⁶ obiit, qui unum mansum fratribus dedit ^q.

MCCCLIII, ind. VI, die IIII mensis Iulii, dom. Gusmena de Grado uxor quondam mag. Girardi phisici civis Aquil. obiit, que legavit annuatim censum medie marche super domibus suis olim dicti quondam mag. Girardi sitis super platea Aquilegie ⁷,

^m MCCCXXXVI... liberata A ¹ B ⁿ MCCCLXXXIIII... anniversario
A ⁴ B ^o Dividuntur den. XL A ⁴ om. B ^p Domicii mart. AB
^q Bonetta... dedit A om. B.

Aquileia, 10 giugno 1224: «Witemar, can. Aquil.» (ACU, *Pergamene*, II, n° 5; DE RUBEIS, *MEA*, 705; CAPPELLETTI, *Chiese*, VIII, 293; WIESFLECKER, *Regesten*, n° 409); Aquileia, 15 dicembre 1226: «Witimar, can. Aquil.» (JAKSCH, *MHDC*, IV, n° 1906); Cividale, 1 giugno 1233: «Witeramus, thesaurarius Aquil.» (Cividale, *Pergamene*, III, 96; PASCHINI,

Bertoldo di Merania, «Memorie Storiche Forogiuliesi», 16, 1920, 16 n. 1).

⁶ Ermenardo, presb., can. Aquil(?). «Ermenardus presb. mansum unum in villa [...] quem emit a duobus fratribus[...] et Cenust pariter cum ipsis pro anima sua canonicis dedit» (*Nomina Defunctorum*: Appendice I).

⁷ VALE, *Topografia*, 9.

ut annuatim fiat eius anniversarium et dicti quondam mag. Girardi ut moris est. Testamentum manu Francisci quondam Saraceni ⁸ not., civis Aquilegensis ^r.

[6] E. II NON. OCTAVA APOSTOLORUM. OVARIS CONF. ^s

Albricus pater Gibilini ⁹ obiit pro quo fratres habent VI libras in Tercento ^t.

[7] XIII. F. NONE WILLIBALDI EP. ET CONF. ^u

MCCLXXXVIII, ind. II, Wolricus filius dom. Avancii de Iustinopoli obiit, qui dedit fratribus unam marcham pro emendo allodio ^v.

MCCCLXXXII, ind. V, dom. India mater presb. Nicolai de Spigninbergo mans. Aquil. ¹⁰ obiit, pro qua dictus presb. Nicolaus legavit annuatim capitulo Aquil. XL frixachenses super brayda olim Waltherini, que est posita extra portam Belinie ¹¹, ut annuatim fiat eius anniversarium cum oblatione ut moris est ^z.

[8] II. G. VIII IDUS. CHILIANI, COLONATI, TOTNANI ET PROCOPII MART. PASSIO. ^a

Igta mater Romani can. et sac. ¹² obiit, pro qua fratres habent VIII denarios. MCCXLVIII, Popo prepositus ecclesie S. Fellicis ¹³ obiit, qui X marchas dedit capitulo pro emendo allodio.

^r MCCCLIII... civis Aquil. A ² B ^s Octava... conf. AB ^t Albricus... Tercento A om. B ^u Willibaldi... conf. AB ^v MCCLXXXVIII... allodio A om. B ^z MCCCLXXXII... moris est A ⁴ B Spigninbergo A ⁴ Spininbergo B ^a Chiliani... passio AB.

⁸ Francesco di Saraceno, notaio: Necrologio, 3 giugno.

⁹ Per Gibilino cfr. Necrologio, 8 gennaio.

¹⁰ Nicolò da Spilimbergo, mans. e scolastico di Aquileia: Necrologio, 28 gen-

naio.

¹¹ VALE, *Topografia*, 3 n. 3.

¹² Romano, can. di Aquileia: Necrologio, 26 settembre.

¹³ Poppone d'Arcano, can. di Aquileia e preposito di S. Felice. 10 giugno 1224:

Blasius obiit, qui auxit IIII den. pro remedio anime sue super quadam terra sita in Marignana¹⁴, de qua prius solvebat capitulo X denarios^b.

MCCCLXXXII, ind. V, dom. Zeneura de Aquilegia, uxor quondam Iohannis de Montagna Utini habitantis obiit, que legavit annuatim censum medie marche den. super una brayda que est circa duos campos et vocatur Langorgis et est posita in Muroforato¹⁵, ut annuatim fiat eius anniversarium et dicti quondam Iohannis de Montagna cum oblatione ut moris est, tali conditione quod quandocumque eius heredes dabunt quinquaginta libras parvulorum capitulo Aquil., dicta brayda sit de dicta media marcha libera et francha^c.

[9] A. VII IDUS. ANATOLIE ET AUDACIS MART.^d

Albertus medicus¹⁶ obiit, qui auxit fratribus XII den. de quadam statione¹⁷ in Villanova^e. Dom. Galenganus de Aquile-

^b Igta... X denarios A om. B ^c MCCCLXXXII... et francha A⁴ B

^d Anatolie... mart. AB ^e Albertus... Villanova A om. B.

« Poppo de Trichano, can. Aquil. » (ACU, *Pergamene*, II, n° 5; DE RUBEIS, *MEA*, 705; CAPPELLETTI, *Chiese*, VIII, 291; WIESFLECKER, *Regesten*, n° 409); Aquileia, 13 aprile 1228: « Poppo de Trichano, can. (Aquil.) interrogatus, iuramento dixit quod non viderit unquam quod pater suus dom. R(opertus) fuerit tractus in iudicium coram aliquo super advocatia de Ripis et dixit quando puer erat ibat cum aliis pueris in villa de Ripis et quod accepit pullos et ova et credebat quod de iure facere deberet... » (ACU, *sez.* IV, busta 3); Aquileia, 20 febbraio 1241: « Poppo; prepositus S. Felicis » (Cividale, *Pergamene Capitolari*, IV, 5; PASCHINI, *Bertoldo di Merania*, « Memorie Storiche Forogiuliesi », 16, 1920, 42 n. 2); Aquileia, 7 febbraio 1246: « Poppo, prepositus S. Felicis » (JAKSCH, *MHDC*, III, n° 1330; PA-

SCHINI, *Bertoldo di Merania...*, 58; WIESFLECKER, *Regesten*, n° 517). Su di lui cfr. PASCHINI, *Prepositura aquileiese*, 86.

¹⁴ VALE, *Topografia*, 28.

¹⁵ VALE, *Topografia*, 29.

¹⁶ Alberto di Negro; mag., medico e notaio patriarcale. Cividale, 22 marzo 1193: « mag. Albertus, medicus » (BCU, ms. 1225, n° 16); 16 aprile 1205 e 10 maggio 1206: « mag. Albertus, notarius patriarche Peregrini » (WIESFLECKER, *Regesten*, n° 325, 326, 333); Aquileia, 8 febbraio 1208: « mag. Albertus dom. Peregrini patriarche not. » (qui di seguito: Appendice III, 2). BIASUTTI (*Cancellieri*, 31) lo ricorda come cancelliere patriarcale dal 1195 al 1217. Il padre Negro viene menzionato dal Necrologio il 14 marzo.

¹⁷ VALE, *Topografia*, 19.

gia obiit, qui dimisit capitulo IIII den. super campis quos tenet Leonis de Tapolano in festo s. Georgii, ut fiat anniversarium eius singulis annis et propinetur dominis et clericis in capitulo et in crastino offerantur III den. in missa in Civitate ^f.

- [10] X. B. VI IDUS. IN BELENIA VII FRATRUM PASSIO ^g; REQUIRE IN PASSIONE S. FELICITATIS LIBRO E. ^h RUFINE ET SECUNDE VIRG. ET MART. ⁱ

Leonardus Claudus obiit, qui unum macellum ¹⁸ fratribus dedit ¹.

MCCCXXXIII, ind. I, dom. Nicoleta de Tertio, relicta quondam mag. Marci aurificis de Aquilegia, dedit huic ecclesie sive eius camere pro anima sua unum calicem argenteum, ad hoc ut in eo confitatur corpus et sanguis Christi pro vivis et defunctis et, ut capitulum habeat eam recomandatam in orationibus suis ^m.

- [11] C. V IDUS. PII PAPE ET MART. NATIONE AQUILEGENSIS. ⁿ

Gotfridus ¹⁹ obiit, qui II mansos fratribus dedit. Werardus sac. obiit, qui dedit fratribus VI libras et dimidiam in Rospano ^o.

[...], ind. quarta, cum dom. Nicholaus de Ragonia filius quondam dom. Dorlici ²⁰ manumisisset Odolricum filium Domi-

^f Dom. Galenganus... Civitate AB ^g In Belenia... passio AB Belenia A] Belinia B ^h require... libro E A om. B ⁱ Rufine... mart. AB
¹ Leonardus... dedit A om. B ^m MCCCXXXIII... orationibus suis
A ¹ B ⁿ Pii... Aquil. AB ^o Gotfridus... Rospano A om. B.

¹⁸ VALE, *Topografia*, 13.

¹⁹ « IIII Idus Iulii, Gotfridus obiit, qui II mansos in Campo Longo canonicis dedit » (*Nomina Defunctorum*: Appendice I).

²⁰ Nicolò di Dorligo da Ragogna. Gemona, 13 dicembre 1321: Nicolò da Ra-

gogna pretende dei risarcimenti dal comune di Pordenone (BIANCHI, *Documenti*, n° 292); Udine, 4 luglio 1335: « dom. Nicholaus de Ragonea », presente al parlamento della Patria (LEICHT, *Parlamento*, 125, n° CXXXI).

nici dicti Barbarini de Bagnaria servum suum et ab omni iure servitutis liberaverit et publico instrumento scripto manu Thome de Tebaldi not. de Venetiis ²¹ in anno Domini MCCCXXVIII, [...] Symon filius dicti dom. Nicolai eundem Odolricum presentavit ante maius altare Aquil. ecclesie et ipsum dimisit liberum et franchum ecclesie supradicte.

[...] Odolricus filius quondam domini Friderici de Pinzano manumisit et liberavit [Franciscum] de Pinzano, ut continetur publico instrumento scripto manu [...] anno Domini MCCCXXI, ind. IIII, die sexta exeunte Decembre [...] dom. Odolrici eundem Franciscum presentavit et eum supra dicto altari [...] ^p.

MCCCXXX, ind. XIII, presb. Tadeus ²² [...] ex parte dom. Friderici de Pers presentavit Simonem filium quondam Wari-genti de Pers ²³ ante altare maius Aquil. et ipsum liberum dimisit ibidem ad honorem dicte ecclesie. Idem presb. de hoc etiam tradidit publicum instrumentum ^q.

MCCCXXXI, mag. Zissus pellizarius de Spigninberg ex parte dom. Federici de Pers presentavit filiam Blonde, que moratur in Pers, ante altare maius S. Marie de Aquilegia ac etiam liberam eam dimisit ad honorem Dei et matris sue: de qua libertate presb. Hermachoras ²⁴ publicum confecit instrumentum ^r.

^p [...] ind. quarta... altari [...] A ¹ om. B ^q MCCCXXX... instrumentum A ¹ om. B ^r MCCCXXXI... instrumentum A ⁴ om. B.

²¹ Su Tommaso Tebaldi da Venezia, notaio del patriarca Pagano: BIASUTTI, *Cancellieri*, 40.

²² Taddeo da Palude, mans. di Aquileia: Necrologio, 5 maggio.

²³ Federico da Pers. Udine, 21 giugno 1323: « dom. Federicus de Pers » (BIANCHI, *Documenti*, n° 342); Udine, 23 luglio 1329: « prefati autem sapientes et consiliarii, qui provisiones predictas simul cum dom. patriarcha ediderunt sunt isti: dom.

Odoricus de Cucanea miles, dom. Articus de Prampergo miles, dom. Hector de Utino miles, dom. Federicus de Pers, dom. Iohannes de Villalta, dom. Paulus Bojanus de Civitate » (BIANCHI, *Documenti*, n° 582; cfr. pure n° 589). Su di lui cfr. PASCHINI, *Storia*, II, 58, 66.

²⁴ Ermacora da Moruzzo, can. di Aquileia e di Cividale: Necrologio, 17 gennaio.

[12] XVIII. D. IIII IDUS. IN AQUILEGIA SS. HERMACHORE ET FORTUNATI MART. PASSIO. ^s

Dom. Iunilia mulier Valconis de Civitate, dimisit capitulo pro anima sua annuatim II den. super quodam sollario sitto iuxta Leonardum ²⁵ de Thopoglano ^t.

[13] VII. E. III IDUS. DEDICATIO AQUILEGENSIS ECCLESIE. ^u

Flandina uxor mag. Alberti ²⁶ obiit, pro qua fratres habent IIII denarios. Ingenuus locuplex iuvenis, pulcer quoque miles. Hic Wernerus ²⁷ obiit, regna poli peciit, qui Gurannum fratribus dedit ^v.

MCCCXXVII, ind. X, presb. Corvus qui fuit de Bononia, mans. huius Aquil. ecclesie obiit, qui dimisit capitulo prebendam suam interiorem et exteriori, de quibus fructibus habuit capitulum marchas ^{***}, de quibus empti sunt in Montefalcono videlicet VIII libre den. super domum Wolchassii filii quondam Michaelis de Marsillana habitatoris Montisfalconi: de quo est instrumentum manu presb. Hermachore ²⁸; item XL den. in redditibus annuatim super domibus Gaspari ²⁹ Brugni ^z.

Dom. Suphia obiit, que legavit capitulo V marchas den. nove monete Aquil. pro quibus V marchis Symoninus ³⁰ filius eius

^s In Aquilegia... passio AB ^t Dom. Iunilia... Thopoglano A om. B
^u Dedicatio... ecclesie AB ^v Flandina... dedit A om. B ^z MCCCXXVII... Brugni A ¹ B.

²⁵ Leonardo da Tapogliano muore nel 1291: Necrologio, 24 gennaio.

²⁶ Alberto di Negro, mag., medico e notaio patriarcale: Necrologio, 24 gennaio.

²⁷ Guarnerio da Pinzano. « II Idus Iulii, Wernerus de Pinzano obiit, qui I curiam in Civitate Pole cum ortis et olivis et ceteris que ad eandem curiam spectant et villam nomine Guran et IIII mansos cum famulis in Argan et dimidiam turrim

que est ibi sita canonicis dedit » (*Nomina Defunctorum*: Appendice I).

²⁸ Ermiacora da Moruzzo, can. di Aquileia e di Cividale: Necrologio, 17 gennaio.

²⁹ Gaspare Brugni da Carate, mans. di Aquileia: Necrologio, 27 ottobre.

³⁰ Simonino da Aquileia, mans.: Necrologio, 21 febbraio.

deputavit super omnibus bonis suis dimidiam marcham reddituum annuatim pro anniversario suo faciendo, donec dederit dicto capitulo dictas V marchas ^a.

[14] F. II IDUS. FOCE MART. PASSIO. ^b

Marticulis carnifex obiit, qui auxit fratribus VII den. pro macellus quem a canonicis antehabuerat. Mactildis uxor dom. Federici de Cauriaco obiit, que auxit fratribus unum mansum apud Grovanium ^c.

[15] XV. G. IDUS. DIVISIO APOSTOLORUM. ^d EODEM DIE SS. QUIRICI ET IOVITE MART. PASSIO. ^e

Helica mater Articoni de Utino obiit, que dimisit capitulo XVI den. super domo sua que olim fuit Iohannis caratoris et uxoris, ad hoc specialiter ut capitulum teneatur celebrare singulis annis anniversarium suum et propinare post vespervas eodem die una quartaria boni vini et in crastino offerre III den. in missa conventuali que celebrabitur pro anima sua et aliorum defunctorum; residuum sit ad usus fratrum et solvuntur in Cena Domini supradicti XVI denarii ^f.

Anno Domini MCCCLXXXII, ind. XV, dom. Palmera relicta dom. Ottachi de Civitate Austria ³¹ dedit capitulo Aquil. unum breviarum, ad hoc ut can., mans. et omnes alii clerici ecclesie Aquil. teneantur annuatim orare Deum pro anima ipsius et pro anima dicti domini Ottachii ^g.

^a Dom. Suphia... marchas A ⁴ B ^b Foce mart. passio AB ^c Marti-
culis... Grovanium A om. B ^d Divisio Apostolorum AB ^e Eodem
die... passio A ⁴ B ^f Helica... denarii AB ^g Anno Domini
MCCCLXXXII... Ottachii A ⁴ om. B.

³¹ Otacco da Cividale, dopo l'uccisione del patriarca Bertrando, fugge da Udine nell'ottobre-dicembre 1351 per timore del-

la vendetta del nuovo patriarca (PASCHINI, *Storia*, II, 121).

[16] IIII. A. XVII KAL. MINULFI CONF.^h

Bona uxor Romani fabri obiit, pro qua fratres habent IIII den. de orto quem maritus dimisitⁱ.

[17] B. XVI KAL. ALEXII CONF. VITA.ⁱ

Martinus Ingeniosus obiit, qui dedit fratribus macellum unum de quo debent habere in vita uxoris sue IIII den., post mortem vero eius debent habere totum. Amicus de Corona obiit, qui unam vineam fratribus dedit^m.

MCCCLXXIII, providus et discretus vir presb. Franciscus de Carate can. S. Stephani de prope Aquilegia et mans. Aquil. ordinavit fieri festum s. Alexii³² et obligavit se daturum capitulo singulis annis, pro dicto festo fiendo ut moris est, den. XL donec dederit pro dicto festo reditus den. XL: quos dictus presb. Franciscus designavit capitulo super domos suas annuatim sumendosⁿ.

[18] XII. C. XV KAL. MAME MART. PASSIO. *Sol in Leone*^o.

MCCCXXXVII, ind. V, dom. Eusebius de Romagnano sac. ven., can. huius Aquil. ecclesie³³, obiit in Domino qui dimisit capitulo huius ecclesie prebendam suam interioriorem et exteriori-

^h Minulfi conf. AB ⁱ Bona... dimisit A om. B ^l Alexii conf. vita AB ^m Martinus... dedit A om. B ⁿ MCCCLXXIII... sumendos A⁴ B ^o Mame... in Leone AB.

³² VALE, *Liturgia*, 373.

³³ Eusebio di Iacopo da Romagnano, cappellano patriarcale e can. di Aquileia. Udine, 1 dicembre 1319: Eusebio da Romagnano, cancelliere patriarcale (BIANCHI, *Documenti*, n° 203); Aquileia, 13 marzo 1322: «Eusebius de Romagnano, not. ipsius dom. Berofini (de Cremona)» (BIAN-

CHI, *Documenti*, n° 301); Aquileia, 13 febbraio 1324: «Eusebius filius dom. Iacobi de Palude de Mediolano» (BIANCHI, *Documenti*, n° 369); Udine, 18 marzo 1327: «Eusebius de Romagnano, capellanus (patriarche)» (LEICHT, *Parlamento*, 62, n° LXXVI); Udine, 18 luglio 1337: il patriarca dà il permesso di fare testamento

rem, domos suas cum campo et horreo iuxta eas, ad hoc ut in die anniversarii sui annuatim fiat elemosina consueta et suum anniversarium ut moris est. Instrumentum manu domini presb. Odolrici de Gonario mans. huius ecclesie ^p. De qua habite sunt marche XIII et dimidia, de quibus empti sunt in Casteglono a Puldusio de Castello super dimidio manso, qui regitur per Petrum generum quondam Viviani, staria II frumenti, dimidium starium fabarum, staria II annone, starium unum millei, gallinas duas et spatulam unam et frixachenses XIII ^q.

[19] I. D. XIII KAL. OCTAVA SS. HERMACHORE ET FORTUNATI. MARGARETE VIRG. ET MART. PASSIO. ^r

Dietricus obiit Venetus, qui dedit fratribus marchas *** pro emendo allodio ^s. Rev. dom. Conradus de Brazacho can. Aquil. ³⁴ dedit fratribus unum mansum in Alnico et redditus XXIII den. de quadam domo dom. Marini Zorzani ³⁵ ac etiam redditus XXVI den. de quibusdam domibus sitis iuxta portam S. Syri ³⁶ de quibus modo solvuntur XL den., ad hoc ut festum s. Margarete celebretur cum pleno officio ³⁷ et in prima vespera propinetur in capitulo una quartaria boni vini, III den. offerantur in missa conventuali et dimidia marcha dividatur inter can. et mans. qui interfuerint officio ipso die; reliqui vero redditus dividantur in die sui anniversarii cum vino et oblatione et elemosina sicut in suo anniversario plenius continetur ^t. Statuit capitulum dividi in dicto festo dimidiam marcham: III den. of-

^p MCCCXXXVII... ecclesie A ¹ B ^q de qua habite... frixachenses XIII A ⁴ B ^r Octava... passio AB ^s Dietricus... allodio A om. B ^t Rev. dom. Conradus... continetur AB.

a Eusebio da Romagnano, can. di Aquileia (BIANCHI, *Indice*, n° 2640). Su di lui cfr. BIASUTTI, *Cancellieri*, 40; I. ZENAROLA PASTORE, *Osservazioni e note sulla cancelleria dei patriarchi d'Aquileia*, « Memorie Storiche Forogiuliesi », 49 (1969), 112.

³⁴ Corrado da Brazzacco, can. di Aquileia: Necrologio, 3 febbraio.

³⁵ Marino Zorzani da Venezia: cfr. Introduzione, cap. III, n. 18-19.

³⁶ VALE, *Topografia*, 4 n. 3; FRAU, *Toponomastica*, 24, s.v. « Sirus (S.) ».

³⁷ VALE, *Liturgia*, 373.

ferri in conventuali missa et una quartaria vini propinari in capitulo ^u.

[20] E. XIII KAL. IOSEPH AP. ^v

Anconetana uxor Sigmari obiit, que dimisit fratribus VIII den. super domum ante S. Iohannem sittam. MCCCCI, Michiluttus calcifex obiit civis Aquilegensis ^z.

MCCCLXXXV, honesta dom. Florina uxor ser Antonii de Firmo obiit in Christo, pro qua dictus ser Antonius eius maritus promisit et stetit dare capitulo de bonis suis marchas II et dimidiam den. pro emendis redditibus, ad hoc ut annuatim fiat eius anniversarium cum oblatione ut moris est ^a.

[21] IX. F. XII KAL. PRAXEDIS VIRG. VITA. ^b ARBOGASTI EP. ET CONF. ^c

Romulus ep. Concordiensis ³⁸ dedit capitulo Aquil. unam stationem in Foro Aquil. ³⁹ que redit unam marcham et XVI den. annuatim, ad hoc specialiter ut festum s. Marie Magdalene celebretur cum pleno officio ⁴⁰ et specialis oratio dicatur pro anima ipsius: de quibus den. debent dividi XII libre den. inter can. et mans. qui interfuerint officio ipso die; reliqui vero den. dividantur in die anniversarii sui ^d.

MCCCLXV, presb. Iohannes de Assisio capellanus s. Pauli obiit, qui legavit capitulo pro emendo alodio et eius anniversario fiendo marchas III consignatas dom. Paulo de Sala ⁴¹ canonico ^e.

^u Statuit... in capitulo *add.* A ¹ B ^v Ioseph ap. AB ^z Anconetana... Aquil. A *om.* B ^a MCCCLXXXV... moris est A ⁴ *om.* B ^b Praxedis virg. vita AB ^c Arbogasti... conf. A *om.* B ^d Romulus... anniversarii sui AB ^e MCCCLXV... canonico A ⁴ *om.* B.

³⁸ Romolo, cappellano e notaio patriarcale, can. e maestro delle scuole aquileiesi: cfr. Introduzione, cap. II, n. 26.

³⁹ VALE, *Topografia*, 11.

⁴⁰ VALE, *Liturgia*, 373.

⁴¹ Paolo da Sala, can. di Aquileia. Aquileia, 7 maggio 1350: « Paulus de Sala, can. Aquil., absens » (ACU, *Pergamene*,

[22] G. XI KAL. MARIE MAGDALENE VITA. ^f

MCCLXXXVI, dom. Mathias de Mels can. Aquil. ⁴² obiit, qui dimisit capitulo unum mansum in Trivingiano qui solvit VIII staria frumenti, X staria annone, VI staria millei et XL den. tali modo et conditione, quod de ipsis redditibus fieri debeat helimosina in suo anniversario singulis annis pro anima sua; ad quam helimosinam faciendam ordinavit IIII staria frumenti et I starium fabarum et pro lignis et condimento ad ipsam fabam parandam X den. Aquil.; insuper de ipsis redditibus ordinavit IIII den., videlicet unum pro uno duplerio et reliquos III in ipso doplerio, qui offerri debeant per officialem dicti capituli Aquil. in missa que dicetur in communi in suo anniversario supradicto; residuum vero dictorum reddituum dividi debeat inter mans. et can. qui interfuerint officio dicti sui anniversarii, iuxta bonam consuetudinem que in dicta Aquil. ecclesia observatur. In Civitate ^g.

MCCCLXXXII, dom. Beltramina filia quondam Pidrussi Falzoni obiit, que legavit capitulo Aquil. pro suo anniversario fiendo singulis annis ut moris est, marcham mediam frixachensium super quodam sedimine posito in villa S. Stephani de prope Aquilegia ⁴³ super quo moratur Rubeus, tali tamen conditione, quod quandocumque heredes sui dabunt capitulo Aquil. V marchas den. quod dictum sedimen sit a dicta media marcha liberum et franchum. Eodem anno et die Palma uxor mag.

^f Marie Magdalene vita AB ^g MCCLXXXVI... In Civitate AB.

III, n° 26); Aquileia, 24 giugno 1363: « Paulus de Sala, can. Aquil. » (ACU, *Pergamene*, III, n° 65); S. Vito, 12 febbraio 1366: « Paulus de Sala, can. ecclesie Aquil. » (LEICHT, *Parlamento*, 202, n° CCXIX).

⁴² Mattia da Mels, can. di Aquileia e di Cividale. Aquileia, 30 ottobre 1243: « Mathias de Mels, can. Aquil. » (DE RUBEIS, *MEA*, 554; WIESFLECKER, *Regesten*, n° 502); Cividale, 11 dicembre 1260:

« Mathias de Mels, can. Aquil. » (WIESFLECKER, *Regesten*, n° 684; MARCHETTI-LONGHI, *Registro*, 126, n° 147); 13 agosto 1270: Mattia da Mels, can. di Aquileia (PASCHINI, *Vacanza della sede*, 146); Cividale, 28 maggio 1289: « Mathias de Mels, can. Aquil. » (LEICHT, *Parlamento*, 27, n° XXV); Cividale, 24 aprile 1295: sue disposizioni testamentarie (ACU, *Pergamene*, vol. I bis).

⁴³ VALE, *Topografia*, 28.

Iohannis fabri obiit, que legavit capitulo Aquil., pro suo anniversario fiendo singulis annis ut moris est, frixachenses XL super domibus suis positus ultra ripam⁴⁴ tali tamen conditione, quod quodcumque heredes sui dabunt capitulo Aquil. marchas den. II et mediam, quod dicte domus sint a dictis XL den. libere et franche^h.

[23] XVII. A. X KAL. APOLLINARIS EP. ET MART. PASSIO.ⁱ

Otto de Grisignana nepos domini Philippi⁴⁵ obiit, pro quo fratres habent unum mansum in villa de Arzin. Adaleita de Rivarotta obiit, pro qua fratres habent domum unam in Carpaenara^l. Presb. Iohannes Grossus, mans. Aquil., dedit capitulo Aquil. XI libras den. annuatim in redditibus de domibus quondam Adaleysie iacentibus iuxta domos episcopi, ad hoc specialiter ut festum s. Cristine celebretur pleno officio et in prima vespera propinetur dominis et clericis in capitulo, sequenti die in missa offerantur III den. et specialis oratio dicatur pro anima ipsius; reliqui den. qui superfuerint dividantur inter can. et mans. qui interfuerint officio et etiam infirmos in Civitate^m.

MCCC [...] dom. Alegrantia⁴⁶ uxor quondam nobilis viri dom. Musche de la Turre⁴⁷ obiit, pro qua ven. pater dom.

^h MCCCCLXXXII... et franche A⁴ B Pidrusi A⁴] Pedrusii B ⁱ Apollinaris... passio AB ^l Otto... Carpaenara A om. B ^m Presb. Iohannes Grossus... in Civitate (23 luglio) A] Dom. presb. Iohannes Grossus

⁴⁴ VALE, *Topografia*, 20.

⁴⁵ Filippo da Arena, cappellano patriarcale e can. di Aquileia: Necrologio, 9 maggio.

⁴⁶ Allegranza da Raude, seconda moglie di Mosca della Torre (DE RUBEIS, *MEA*, 840; BATTISTELLA, *Lombardi*, 306 e 337 n° 133; COGNASSO, *Lombardia*, 52). Per la lapide sepolcrale: BERTOLI, *Antichità*, 380-81, n° DLIV.

⁴⁷ Corrado detto Mosca della Torre, fratello di Raimondo patriarca. Desio, 21 gennaio 1277: Mosca di Napo della Torre

assieme all'esercito dei Torriani è sconfitto da Ottone Visconti (PASCHINI, *Storia*, II, 29; FRANCESCHINI, *Duecento*, 330); Bergamo, 21 gennaio 1285: Corrado detto Mosca della Torre (BIANCHI, *Indice*, n° 664); Udine, 4 luglio 1293: Mosca della Torre, podestà di Trieste; a. 1293: Mosca della Torre, marchese d'Istria e podestà di Trieste (BATTISTELLA, *Lombardi*, 333, n° 75); Gemoni, 22 maggio 1297: Mosca della Torre, marchese d'Istria (PASCHINI, *Raimondo della Torre*, 129). Su di lui cfr. pure FRANCESCHINI, *Duecento*, 342, 363-

Castonus Mediolanensis archiepiscopus olim huius ecclesie can.⁴⁸, dedit capitulo Aquil. in redditibus unam marcham et XLVIII den. pro suo anniversario faciendo cum vino et oblatione et ex ipsis dividantur V den. inter pauperes clericos et III den. dentur tribus sacerdotibus qui celebrent III missas ipso die; reliqui vero inter dominos et mans. qui presentes in officio sui anniversarii fuerint, fideliter dividantur. XI libre et dimidia sunt super prato Murforati et reliqui sunt super campis et pratis de la Frata ipsius dom. Castonis et iacet in capella S. Ambrosii ⁿ.

[24] VI. B. VIII KAL. CRISTINE VIRG. ET MART. PASSIO. VIGILIA. °

Wolricus miles de Treven ⁴⁹ obiit, pro quo fratres habent XL denarios ^p.

MCCCLXXX, presb. Marchonus obiit, qui legavit capitulo Aquil. singulis annis, pro eius anniversario fiendo ut moris est, super omnibus bonis suis frixachenses LX tali conditione, quod quotiescumque heredes sui darent capitulo marchas III, fortunos III, dicta bona sua sint libera scilicet a dicto censu frixachensium LX. Carta per manus presb. Antonii mansionarii ^q.

ordinavit fieri festum s. Christine virg. et mart. cum IX lectionibus, pro quo festo dedit ven. capitulo super certis bonis redditus denariorum marche dimidie, denariorum VIII, de quibus III den. offerantur in missa, residuum vero inter presentes dividatur (24 luglio) B ⁿ MCCC [...] dom. Alegrantia... Ambrosii A ¹ B Murforati A ¹] Muriforati B ^o Cristine... vigilia AB ^p Wolricus... denarios A om. B ^q MCCCLXXX... mansionarii A ⁴ B.

64, 366; R. LEVI PISETZKY, *Come vestivano i milanesi alla fine del Medioevo*, in *Storia di Milano*, IV, Milano 1954, 746.

⁴⁸ Gastone della Torre, patriarca di Aquileia: Necrologio, 20 agosto.

⁴⁹ Troviamo un « Ulricus filius Haidenrici de Treven, ministerialis Aquil. » negli anni 1179-1194 (JAKSCH, *MHDC*, III, n°

1252, 1291). « Wolricus et Werenhardus de Treven » nel 1217 e 1245 (JAKSCH, *MHDC*, IV, n° 2197, 2320); « Ulricus de Treven, officialis dom. patriarche » il 27 aprile 1269 (JAKSCH, *MHDC*, IV, n° 2996; cfr. PASCHINI, *I ministeriali del Medioevo*, « Memorie Storiche Forogiuliesi », 10, 1914, 68 n. 1).

[25] C. VIII KAL. IACOBI AP. PASSIO. ^r CHRISTOPHORI MART. PASSIO. ^s

Pot obiit, pro quo fratres habent VIII den. de terra quondam Stephani iuxta Monasterium sitta. Anno Domini MCCLXXVII, ind. V, Stephanus diaconus mans. Aquil. ⁵⁰ obiit, qui dedit fratribus dimidiam marcham pro emendo allodio ^t.

MCCCV, ind. III, presb. Iacobus vicarius in Ripis legavit capitulo Aquil. XL den. in redditibus super uno manso sitto in dicta villa de Ripis tali condictione, quod in festo b. Iacobi in sero dicantur vesperi pro defunctis et propinetur una quartaria vini in capitulo et in crastinum dicatur missa pro peccatis quousque vixerit, post mortem vero suam fiat officium pro defunctis ^u.

MCCCLX, dom. Iacobus de Marano de Parma can. Aquil. ⁵¹ ordinavit et consignavit super omnibus bonis suis capitulo Aquil. frixachenses XL, ad hoc ut singulis annis fiat festum s. Iacobi apostoli Christi ⁵² et ponatur specialis oratio pro salute anime et corporis sui ^v.

MCCCLXV, Iohannes Guillelmus quondam Martini not. de Flambro civis Aquil. ⁵³ obiit, qui legavit capitulo super omnibus

^r Iacobi ap. passio AB ^s Christophori mart. passio A ⁴ B ^t Pot... allodio A ^{om}. B ^u MCCC... defunctis AB ^v MCCCLX... corporis sui A ⁴] Dom. Iacobus de Marano de Parma can. Aquil. ordinavit festum s. Iacobi apostoli fieri festum denariorum, pro quo festo dedit redditus capitulo den. XL, de quibus III den. offerantur in missa, residui dividantur inter presentes B ⁶.

⁵⁰ Stefano, mans. di Aquileia. Aquileia, 27 novembre 1274: « Stephanus, mans. Aquil. » (ACU, *Pergamene*, I, n° 15); Aquileia, 2 gennaio 1275: « Stephanus, mans. Aquil. » (ACU, *Fondo Bini*, Doc. Hist., V, n° 90).

⁵¹ Iacopo da Marano da Parma, can. di Aquileia e di Cividale. Aquileia, 7 maggio 1350: « Iacobus de Marano de Parma, can. Aquil. » (ACU, *Pergamene*, III, n° 26); Aquileia, 23 ottobre 1354: « Iacobus

de Marano de Parma, can. Aquil. » (ACU, *Fondo Bini*, Varia Doc. Antiqua, I, f. 133r); Aquileia, 24 giugno 1363: « Iacobus de Marano de Parma, can. Aquil. » (ACU, *Pergamene*, III, n° 65). In Cividale, cod. C, f. 17r: « Iacobus de Parma, frater dom. Montini, can. maioris ecclesie Civitatis (obiit) MCCCLXXXII » (15 giugno).

⁵² VALE, *Liturgia*, 373.

⁵³ Giovanni Guglielmo di Martino da

bonis suis singulis annis censum medie marche vel marche V dentur pro eius anniversario fiendo ut moris <est>: quas V marchas habet presb. Nicolussius. Carta per presb. Bartolomeum^z 54. MCCCLXXII, Nicolinus de Cremona obiit, qui legavit capitulo Aquil., pro suo anniversario fiendo singulis annis ut moris est, marcham mediam frixachensium super bonis suis tali conditione, quod quotiescumque heredes sui dabunt capitulo V marchas, quod dicta sua bona sint libera a dicta media marcha^a.

[26] XIII. D. VII KAL. ANNE MATRIS GLORIOSE VIRGINIS MARIE.^b

Anno Domini MCCXXVIII, Iohannes Aquil. ecclesie thesaurarius⁵⁵ obiit, pro quo Petrus Sapiens⁵⁶ dedit III marchas pro emendo allodio. Galicia uxor Reynardi obiit, que vineam suam fratribus dedit in Cormons. Sophia obiit, pro qua fratres habent unam vineam in Cormons^c. Anno Domini MCCLXXXVIII,

^z MCCCLXV... Bartolomeum A⁴ om. B^a MCCCLXXII... media marcha A⁴ B^b Anne... Marie AB^c Anno Domini MCCXXVIII... vineam in Cormons A om. B.

Flambro, notaio. Codroipo, 9-13 settembre 1358: « Iohannes Guigelmus » rappresenta la comunità di Aquileia al parlamento della Patria (LEICHT, *Parlamento*, 171, CLXXV); Udine, 13 maggio 1359: « Iohannes Guigelmus not. de Aquilegia » (LEICHT, *Parlamento*, 176, n° CLXXX).

⁵⁴ Bartolomeo di Guglielmo da Cremona: Necrologio, 14 febbraio.

⁵⁵ Giovanni Nespolut, can. e tesoriere di Aquileia. Cividale, 14 giugno 1202: « Iohannes Nespolut, Aquil. ecclesie camerarius » (Cividale, *Pergamene Capitulari*, III, 6); Aquileia, 8 febbraio 1208: « Iohannes, thesaurarius Aquil. » (qui di seguito: Appendice III, 2; cfr. anche ACU, *Fondo Bini*, Doc. Hist., IV, n° 65; PASCHINI, *Wolfger*, « Memorie Storiche

Forogiuliesi », 10, 1914, 387); Fiumicello, 8 novembre 1210: il patriarca Wolfker concede a Giovanni camerario « plebem de Puzol, ita ut eadem plebs ad thesaurum camere et ornatum ecclesie Aquil. specialiter pertineat » (UGHELLI, *Italia sacra*, V, 79; cfr. PASCHINI, *Wolfger...*, 401); Aquileia, 13 aprile 1228: Giovanni tesoriere, quale teste nella contesa per l'avvocazia di Rive d'Arcano afferma tra l'altro « quod ipsemet multis annis fuerit ibidem gastaldio canonicorum et quod habuerit ibi placitum advocatie nullo contradicente » (ACU, sez. IV, busta 3; cfr. PASCHINI, *Bertoldo di Merania*, « Memorie Storiche Forogiuliesi », 15, 1919, 47).

⁵⁶ Pietro Sapiente: Necrologio, 6 marzo.

ind. II, VI die exeunte Iulio, dom. Artusius mans. Aquil.⁵⁷ obiit in Christo, qui dedit capitulo prebendam suam que vendita est pro X marchis: pro quibus statuit capitulum dividi dimidiam marcham, quousque ementur redditus pro ipsis X marchis cum vino et oblatione^d.

MCCCLXXXII, ind. XV, die XXVII Iulii videlicet infrascripto, obiit domina Caterina uxor ser Philippi de Mediolano Aquilegie habitatoris, pro cuius anniversario annuatim fiendo idem ser Philipus promissit et se obligavit daturum capitulo marchas II cum dimidia den. pro emendis redditibus^e.

[27] III. E. VI KAL. CHRISTOPHORI MART. PASSIO. ^f SIMEONIS VITA. HERMOLAI MART. PASSIO. ^g

Iohannes Alexandri mans. Aquil.⁵⁸ dedit capitulo Aquil. VIII libras den. in redditibus annuatim super domibus in quibus morabatur, sittis in contrata S. Andree⁵⁹, ad hoc specialiter ut festum s. Christophori cum pleno officio celebretur⁶⁰, ut in prima vespera una quartaria rabiole in capitulo dominis et clericis propinetur et in festo ipsius III den. offerantur in conventuali missa in qua specialis oratio dicatur pro ipsius anima; reliqui vero den. inter can., vicarios et mans. qui intererunt officio ipsa die secundum ordinem capituli dividantur^h.

Dom. presb. Henricus de Turiano mans. huius ecclesie⁶¹

^d Anno Domini MCCLXXXVIII... oblatione AB ^e MCCCLXXXII... redditibus A ⁴ om. B ^f Christophori... passio A om. B ^g Simeonis... passio AB ^h Iohannes... dividantur AB.

⁵⁷ Artusio da Lienz, notaio, mans. di Aquileia. Aquileia, 19 ottobre 1248: « ego Artusius de Luenz sacri imperii not. » (ACU, *Pergamene*, II, n° 15); Aquileia, 27 novembre 1274: « Artusius de Luenz, sacri imperii notarius » (ACU, *Pergamene*, I, n° 15); Aquileia, 2 gennaio 1275: « Artusius, mans. Aquil. » (ACU, *Fondo Bini*, Doc. Hist., V, n° 90); Cittanova d'Istria, 3 luglio 1279: « Artusius de Luenz, no-

tarius » (ACU, *Fondo Bini*, Varia Doc. Antiqua, I, 2, p. 67-68); Aquileia, 22 agosto 1283: Artusio da Luenz, notaio (VALE, *Capitolo*, 128).

⁵⁸ Giovanni di Alessandro, mans. di Aquileia: Necrologio, 6 ottobre.

⁵⁹ VALE, *Topografia*, 7.

⁶⁰ VALE, *Liturgia*, 373.

⁶¹ Enrico da Torreano, mans. di Aquileia: Necrologio, 31 gennaio.